



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

VII. Refelluntur argumenta Adversariorum. Primum argumentum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

Alio loco apud Lucam sic Christus: *Necesse est impleri omnia quae scripta sunt in Lege* Luc. 24. 44.
Moyfi, & Prophetis, & Psalmis de me. Item Petrus Actorum primo: *Scriptum est enim in libro* Act. 1. 20.
Psalmorum: Fiat commoratio eorum deserta, & non sit qui inhabitet in ea, & episcopatum ejus
accipiat alter. Capite secundo sequenti quatuor è Psalmo decimo quinto commatia recitat;
 duo è Psalmo secundo, capite quarto; unum indidem, capite decimo tertio. Da-
 vidis quoque suffragio Paulus se tuetur Epistolae ad Romanos capite undecimo, &
 Epistolae ad Ebraeos capite tertio; ejusdem vero sententiam capite sequenti usurpat.

Jam si Ethnicorum ambiamus suffragia, hinc etiam nobis aliquid opis proveniet.
 Philopatridos Auctor, qui Luciano tribuitur, respexit ad verba isthaec è Psalmo cen-
 tesimo tertio: *Extendens caelum sicut pellem*, cum dixit: *καταχύματος πάλου παρ' ἐμοῦ,*
ἐμπρὸς τῆν γῆν εἰς τὸν αἰῶνα, εἰ ὕψων ὡς δῆρην ἐξήπλωσα. Fidem habe documentis qui-
 bus ad religionem Christianam à me erudiris, siquidem vitam aeternam concupiscis: si ca-
 lum tanquam pellem expandit. Ex eodem Psalmo, in quo omnem styli sui ἀσπόμετρον ἔ-
 ῥησεν Propheta explicavit, nonnulla transtulit Numenius, quae ab Eusebio adnotata Euseb. Praep.
 sunt. Translata sunt è Psalms in Orphica, quaedam alia, quae nec Eusebii diligen- lib. 11. & 12.
 tiam effugerunt. E celebri Psalms quinquagesimi effato, supra à nobis commemora- Psalms 50. 18.
 to, Charondae Thuriorum legislatoris petatum illud reor, quod refert Porphyrius: & seq.
Ὅσοι ἰ χεῖρας τῶν πορνῶν δουλοῦς τε καὶ δαπάνους, ἀλλὰ τὰς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν δικαίας Porphyt. ἀπο-
τε καὶ καλῶς ἐπιμεθεύσαν. Dii non gaudent improborum sacrificiis & impensis, sed justis & ἀπολ. ἀποτ. 2.
 rectis honorum virorum institutis. Commati huic è Psalmo quinquagesimo sexto: *Filii* Psalms 56. 5.
hominum, dentes eorum arma & sagittae, & lingua eorum gladius acutus, gemina est sen-
 tentia ista Solonis, quae linguam hominis nequam gladio esse acutiorem sciscit, & inter
 ejus effata fertur imprimis.

VII. His satis, ni fallor, comprobatis, superest ut aliqua diluamus pro more Refeantur
 nostro argumenta, quae adversus propositas opiniones vel objecta jam sunt, vel ob- argumenta
 jici certe possunt. Primum inde petitur, quod uni Davidi Psalmorum opus inscribi Adversario-
 solet, ac proinde ab uno Davide auctore profectum esse dicendum est. Id probant rium
 auctoritate Christi ipsius, qui cum ait apud Lucam: *Ipsè David dicit in libro Psalmo-* Primum ar-
rum: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, totum Psalterium Davidi vide- gumentum.
 tur tribuere. Cui argumento sic occurrit, Davidis nomine Librum inscribi, qui ad Luc. 20. 42.
 plures pertinet; vel quod præcipuam Libri partem ipse condiderit, quemadmodum
 Ciceronianarum Epistolarum volumen, etsi aliorum plurimorum Epistolis constat, uni
 tamen Ciceroni, cujus est major Epistolarum pars, tribuitur; vel quod in priscorum
 hymnorum delectu, novorum adjectione, totoque musico instrumento adornando,
 Davidis ita enituit cura & industria, uti de ejus nomine tota Psalmorum congeries
 appellata sit. Qua responsione eo libentius utimur, quod eidem retundendo argumento
 ab Auctore Synopseos adhibetur. Quod autem scribit alio loco, amicos Ezechiae regis,
 ex ter mille Davidis Psalmis, centum & quinquaginta selegisse, reliquos vero ocului-
 se, id ita accipio, tria illa Psalmorum millia non à Davide lucubrata fuisse univër-
 sa, sed ab aliis scripta, ipsum in ordinem, suis etiam additis, disposuisse. Quanquam &
 id mihi parum videtur verisimile: cum certum sit Psalmos plerosque illuc deinde fui-
 se adjectos, qui nunc superfunt, ut demonstravimus; unde conficitur totidem è prio-
 ri numero detrahendos fuisse, ut semper numerus idem centum & quinquaginta
 constaret: quod vix sane credibile est. Adde Hilarium in Prologo, non Psalmos Da-
 vidis, sed librum Psalmorum appellandum decernere, atque ita ab Hieronymo &
 Augustino appellari.

VIII. Minime fugit Anabaptistas id argumentum, Psalmorum librum hac ratio-
 ne oppugnare solitos, quod Davidis sibi nomen non præscriberet: quod argumen-
 tum quam parum adversus nos valeat, perspicuum est; qui Librum uti Davidi ad-
 scriptum non esse fatemur, ita adscribi non debuisse pertendimus; quippe qui non
 eum solum, sed alios plerosque auctores habeat. Quod autem addunt, unicum Psal-
 mum decimum septimum vere esse Davidis, quippe qui ipsi tribuatur libro secundo
 Regum, capite vicefimo secundo, nos id non admittimus: nec enim minus vere Da-
 vidis est centesimus nonus, quem Davidis esse Christus ipse docet; & alii quem ei-
 dem lemmata in codicibus Ebraicis, Græcis, & Latinis præfixa assignant.

IX. Constat tertium argumentum ex hac clausula in qua desinit Psalmus se-
 ptuagesimus primus: *Defecerunt laudes David filii Jesse*: unde effici videtur superiores Tertium ar-
 Psalmos esse Davidis, sequentes vero aliorum. Hoc telo libri Psalmorum dignitatem gumentum.
 impugnabat Johannes Bodinus, ex persona Salomonis Judæi, in tetro & exitiali opere
 De abditis rerum sublimium arcanis. Cui argumento simile cudi potest ex his verbis, Bodin. De az-
 quæ capite vicefimo tertio libri secundi Regum Psalmum Davidis decimum septi- can. lib. 5.
 mum capite præcedenti descriptum excipiunt: *Hac autem sunt verba David novissima:*